

MASS PROPER: AUGUST 1, HOLY MACHABEES, MARTYRS

MASS *Clamavérunt* (red)

INTROIT Psalms 33: 18

Clamavérunt justī, et Dóminus exaudivit eos: et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit eos. (Ps. 33: 2) Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Clamavérunt justī, et Dóminus exaudivit eos: et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit eos.

The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles. (Ps. 33: 2) I will bless the Lord at all times: His praise shall be ever in my mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles.

COLLECT

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ et fidei nostræ præbeat increménta virtútum; et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the fruits of the fraternal crown of Thy Martyrs, O Lord, make us joyful, both to afford our faith increase of virtues and to console us with their manifold prayers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Hebrews 11: 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum: accepérunt mulieres de resurrectióne mórtuos suos: álii autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptiόνem, ut meliórem invenírent resurrectiόνem: álii vero ludíbria et vébera expérti, ínsuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentári sunt, in occisióne gládii mórtui sunt: circuíerunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in

Brethren, the saints through faith subdued kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners: women received their dead raised to life again: but others were racked, not accepting deliverance, that they might find a better resurrection; and others had trial of mockeries and stripes, moreover also of bands and prisons: they were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they wandered about in sheep-skins, and in goat-skins, being in want, distressed,

solitudínibus errántes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fídei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 132: 1-2

Ecce, quam bonum et quam jucundum, habitáre fratres in unum! Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Hæc est vera fraternitas, quæ vicít mundi crimina: Christum secuta est, ínclita tenens regna coeléstia. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Atténdite a ferménto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque abscondítum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur: et quod in aures locúti estis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdant autem vobis, quem timeátis: timeáte eum, qui, postquam cecíderit, habet potestátem mittere in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timeáte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo? Sed et capilli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébatur illum coram Ángelis Dei.

afflicted of whom the world was not worthy: wandering in deserts, in mountains, and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. It is like the precious ointment on the head, that ran down upon the beard, the beard of Aaron.

Alleluia, alleluia. This is the true fraternity, which overcame the guilt of the world: they followed Christ, holding fast to the glorious kingdom of heaven. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy. For there is nothing covered that shall not be revealed: nor hidden that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in darkness shall be published in the light: and that which you have spoken in the ear in the chambers shall be preached on the housetops. And I say to you, My friends: Be not afraid of them who kill the body and after that have no more that they can do. But I will show you Whom you shall fear: Fear ye Him Who, after He hath killed, hath power to cast into hell. Yea, I say to you: Fear Him. Are not five sparrows sold for two farthings, and not one of them is forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore: you are of more value than many sparrows. And I say to you: whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of man also confess before the Angels of God.

OFFERTORY Psalms 149: 5-6

Exsultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis: exaltatiónes Dei in fáucibus eórum, allelúja.

SECRET

Mystéria tua, Dómine, pro sanctórum Martyrum tuórum honóre, devóta mente tractémus: quibus et præsidium nobis crescat et gáudium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 4

Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui vos persecúntur.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Saints shall rejoice in glory, they shall be joyful in their repose: the high praises of God shall be in their mouth, alleluia.

May we devoutly deal with Thy mysteries, O Lord, for the honor of Thy holy Martyrs, and by them may both protection and joy be increased unto us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

And I say to you, My friends: Be not afraid of them that persecute you.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we may more and more closely follow the faith of Thy saints whose memory we venerate in partaking of Thy sacrament. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.